



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

122. An sufficiat, ut meretrix inveterata in confessione tantum manifestet tempus ejus Officij? Et an saltem præter tempus oporteat, ut principales species peccatorum, quas possit numerare, dicat; ut ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

tentia videtur esse alienum, Oviedo *inp. 2.D.Thoma tract. 6.controu. 5.pun. 3. §. 6.m. 8.* vbi me citato, sic ait: Quando tactus, & oscula copulam praecesserunt non ex intentione copulae, & statim post illa novo actu voluntatis copula successit, distinctam malitiam à copulae malitia necessariè in confessione explicandam continere, docet Valquez, Hurtadus, & Diana. Ratio horum Authorum est, quia licet hi actus ad copulam sint ordinabiles, per se ad illam non ordinantur, & per se sunt prohibiti: & mali, & ita, cum ex intentione operantis ad illam non fuerint ordinati, malitiam aliam numero distinctam continent. Opposita sententia videretur alicui non omnino ratione destituta, quia tactus, & oscula praecedentia copulam, eamdem secundum speciem malitiam continent, ac proinde cum fine interruptione morali exercentur, cum ea continua esse videntur, ita ut voluntas secunda habendi copulam in se primam, & primum obiectum auctum iam, seu magis extensum intra eamdem speciem continet. Potest etiam dici tactus, & oscula per se ad fornicationem ordinari, eti operans possit pro sua voluntate in illis siffrere, & ad copulam non procedere. Hucusque Oviedo.

2. Sed ego non discedo à sententia affirmativa, quam docui, & quam me citato omnino veram esse putat Dicastillus de Sacram, tom. 2. tractat. 8. disp. 9. dub. 2. num. 76. quam etiam tenet Cardinalis Lugo de penitent. disp. 16 num. 556. Et ratio est, quia nisi tactus in eo casu non habent illam unitatem moralem cum copula, ad quam non ordinantur ex intentione expressa, vel interpretativa, seu indirecta operantis, & ipsi actus per se sunt peccatum, ergo hinc specie differat eorum malitia ab ipsa malitia copulae, hinc non, erunt distinctum peccatum; saltem numero, atque adeo exprimendum, nec ad hoc probandum est necessarium assertere (quod facit Lugo) malitiam illorum auctum esse diuersam. Eodem modo Philosopheri debemus in eo, qui sine animo occidendi, nec occisionis periculo praeviso, voluit iniuricum grauerit quidem percutere, aut vulnerare, non tamen lethaliter, postea vero ex alia voluntate lethali percutiendo immediate occidit, est enim eadem ratio, priores enim actiones non componunt unum peccatum cum occisione, esset tamen peccatum unicum, si omnes illæ percussionses fierent ad finem occidendi, hinc enim illæ percussionses secundum se sistendo in illis effient eiusdem speciei inadæquata cum homicidio/aut effient homicidii partiale, si suflent mutilations) sive effient (vt alij volunt) diversa naturæ, sicut tamen in ordine ad homicidium plenum, quod postea procedit, atque adeo componunt cum illo unum peccatum unitate morali, vt de tactibus impudicis dictum est.

## RESOL. CXXII.

*An sufficiat, ut meretrice inueterata in confessione tantum manifestetur tempus eius officij?*

*Et an saltem propter tempus oporteat, ut principales species peccatorum, quas possit numerare dicat, ut si cum Clericis, Religiosis, propinquis, conjugatis peccauerit, vel si crimen nefandum cum ipsis commisserit?*

*Ex quo sequitur, quod quando penitens per longum tempus fuit in malo statu, aut consuetudine iteratio nisi aliquius peccati, ita ut non possit designare numerum, quantum humanitas fieri potest, satisfacit declarando tempus, quo fuit in tali statu, & consuetudine?*

*Ex quo etiam inferitur, quod Rustici homines, qui*

*agresti, & inculto modo confitentur fine numero, & diligentia, cogendi non sunt repete confessiones;*  
*Et as cum indoctis Parochis? Ex part. 3.tr. 4. Ref. 88. alias 89.*

§. 1. **A** Firmatiuè respondent nouissimè Pharaonius de sacram. Panit. tract. 1. sett. 16. cap. 5. Canus de Panit. 5. §. collig. Attamen Caetanus to. 1. opus. tr. 3. q. 3. Petrus Soto lect. 9. de confessione, & Nauarrus in sum. c. 6. n. 1. 5. assertor tales foeminae non obligari ad explicandum speciatim numerum peccatorum, sed sufficiet, si manifestet tempus.

2. Et hanc sententiam tanquam probabilem videatur etiam admittere Fagundez pr. 2. lib. 3. c. 4. n. 1. in fine, licet ipse, optimè doceat, quod supradictæ meretrices, oportet, ut saltem præter tempus principales species peccatorum, quas possunt numerare, dicant, vi si cum clericis, religiosis, propinquis, conjugatis peccarunt, vel si crimen nefandum cum ipsis commiserunt, &c. Et ita etiam docent Villalobos in sum. tr. 1. tr. 9. diff. 3. 3. n. 5. Henr. lib. 2. de pan. c. 5. n. 9. Turrianus de pan. q. 9. art. 2. disp. 19. dub. 4. Sotus in 4. diff. 18. q. 2. Suarez t. 4. disp. 2. sett. 6. n. 8. & alij.

3. Ex his apparet, ut bene obseruat Fay de panit. in addit. ad 3. part. q. 9. art. 2. disp. 2. concl. 2. cum aliis sententias communiter, quod quando penitens per longum tempus fuit in malo statu, aut consuetudine iterationis aliquius peccati, ita ut non possit designare numerum, quantum humanitus fieri potest, satisfacit declarando tempus, quo fuit in tali statu, & consuetudine.

\* 4 Hinc etiam inferitur, quod rustic homines, qui agresti, & inculto modo confitentur, fine numero, & diligentia, cogendi non sunt repete confessiones factas cum indoctis Parochis. Cum enim bona fide confiteantur, & vniformem vita modum, & viventiam rationem habeant, statim ex confessione vnius anni coniunct prudens Confessorius, quantum in reliquis annis peccauerint, & quot numero peccata commiserint. Ita Fagundez supra n. 10. c. 2. n. 5. Henr. lib. 2. de panit. cap. 3. n. 10.

## RESOL. CXXIII.

*An penitens à Confessario interrogatus teneatur confessari se habuisse consuetudinem peccandi?*  
*Et an in tali casu possit vti aquiuatione, Confessarii eludendo? Ex part. 1. tr. 7. & Milc. 7. Ref. 37.*

§. 1.

**H**oc dubium nouissimè adducit, & ad filius sic respondet Iohannes Pontius in cur. Theolog. disputat. 4. 5. quæst. 4. conclus. 2. numer. 12. Quær solet, an penitens teneatur confessari interroganti, an habuerit consuetudinem commitendi peccatum, quod confitetur, respondere quod sic, si eam habuerit?

2. Iohannes Sancius negat; Cardinalis de Lugo affirmit.

Ille monetur, quia non tenetur penitens peccata dimissa subilicere iterum Clauibus; ergo potest eludere aliqua aquiuatione interrogacionem Confessarii.

3. Fundamentum Cardinalis est quod licet, quis non tenetur confitiri quantitatim furti mortali, secundum eos, qui putant circumstantias aggravantes non necessariè confitendas esse; tamen secundum eosdem teneatur confessari quod lapsum fuerit ante in similia peccata, tenebitur tamen, si interrogetur.

4. Sed certè hoc fundamentum non subsistit, primum, quia non est eadem ratio utriusque casus; nam

Iudeo